

VI.

LISANDRO,

HIJO DE ARISTÓCLITO, LACEDEMONIO:

CAPÍTULO I.

Lisandro termina la guerra del Peloponeso : establece decenviros en las ciudades sometidas. (Año 4 de la olimpiada XCIII, 405 antes de J. C.)

Lysander, Lacedæmonius, magnam reliquit sui famam, magis felicitate quàm virtute partam. Athenienses enim, in Peloponnesios sexto et vicesimo anno bellum gerentes, confecisse¹ apparet : id quàm ratione consecutus sit, latet. Non enim virtute sui exercitûs, sed immodestiâ² factum est adversariorum ; qui, quòd dicto audientes imperatoribus suis non erant³, dispalati in agris⁴, relictis navibus, in hostium venerunt potestatem. Quo facto, Athenienses se Lacedæmonii dediderunt. Hac victoriâ Lysander clatus, quum antea semper factiosus⁵ audaxque

¹ *Confecisse.* Que acabó de rendir.

² *Immodestiâ.* Falta de disciplina militar.

³ *Dicto audientes imperatoribus suis non erant.* No obedían á sus generales.

⁴ *Dispalati in agris.* Dispersos por los campos.

⁵ *Factiosus.* Partidario ó amigo de facciones.

fuisset, sic sibi indulisit⁴, ut ejus operâ in maximum odium Græciæ Lacedæmonii pervenerint. Nam, quum hanc causam Lacedæmonii dicitassent sibi esse belli, ut Atheniensium impotentem dominationem² refringerent, postquam apud Ægos³ flumen Lysander classis hostium est potitus, nihil aliud molitus est quàm ut omnes civitates in suâ teneret potestate, quum id se Lacedæmoniorum causâ⁴ facere simularet. Namque, undique qui Atheniensium rebus studuissent ejectis, decem elegerat in unaquâque civitate, quibus summum imperium potestatemque omnium rerum committeret. Horum in numerum nemo admittebatur, nisi qui aut ejus hospitio contineretur⁵, aut se illius fore proprium fide confirmaret⁶.

CAPÍTULO II.

Lisandro pérfido y cruel contra los habitantes de Tasos.

Ita decemvirali potestate⁷ in omnibus urbibus constitulâ, ipsius nutu omnia gerebantur : cujus de

⁴ *Sic sibi indulisit.* Soltó el freno de tal manera á sus pasiones.

² *Impotentem dominationem.* La dominacion desenfrenada.

³ *Ægos.* Rio del Quersoneso de Tracia.

⁴ *Causâ.* En nombre.

⁵ *Ejus hospitio contineretur.* Que tuviese con él correspondencia de hospitalidad.

⁶ *Aut se illius fore proprium fide confirmaret.* O le jurasse que estaria en todo á su disposicion.

⁷ *Decemvirali potestate.* El gobierno de diez cabezas, ó el decenvirato, que habia establecido Lisandro.

crudelitate ac perfidiâ, satis est unam rem, exempli gratiâ, proferre, ne, de eodem plura enumerando, defatigemus lectores. Victor ex Asiâ quum revertetur, Thasumque¹ divertisset, quòd ea civitas præcipuâ fide fuerat erga Athenienses, proinde ac si iidem firmissimi solerent esse amici, qui constantes fuissent inimici, eam pervertere² concupivit. Vidit autem, nisi in eo occultasset voluntatem, futurum ut Thasii dilaberentur, consulerentque rebus suis³ ***.

CAPÍTULO III.

Lisandro procura abolir la dignidad real en Lacedemonia, y corromper los oráculos. Muere en un combate contra los Tebanos. (Año 2 de la olimpiada xciv, 403 antes de J. C.)

*** Hi decemviralem potestatem ab illo constitutam sustulerunt. Quo dolore incensus, iniit consilia reges Lacedæmoniorum tollere; sed sentiebat id se sinè ope deorum facere non posse, quòd Lacedæmonii omnia ad oracula referre consueverant⁴. Primùm

¹ *Thasum*. Véase la vida de Cimon, cap. 2.

² *Eam pervertere*. Ganarla para sí, ó hacer que se volviere al partido contrario á los Atenenses. Otros sienten que *pervertere* significa destruir, derribar. Y en realidad hay no pocas señas de que Lisandro quiso asolar la ciudad de Tasos.

³ *Consulerentque rebus suis*. Aquí queda el sentido imperfecto, por haberse perdido parte del original de Nepote.

⁴ *Omnia ad oracula referre consueverant*. Solian en todo recurrir á los oráculos.

Delphos corrumpere⁴ est conatus. Quum id non potuisset, Dodonam² adortus est. Hinc quoque repulsus, dixit se vota suscepisse quæ Jovi Ammoni³ solveret, existimans se Afros faciliùs corrupturum. Hac spe quum profectus esset in Africam, multùm eum antistites Jovis fefellerunt. Nam non solum corrumpi non potuerunt, sed etiam legatos Lacedæmonia miserunt, qui Lysandrum accusarent, quòd sacerdotes fani corrumpere conatus esset. Accusatus hoc crimine, iudiciumque absolutus sententiis, Orchomeniis⁴ missus subsidio, occisus est a Thebanis apud Haliartum. Quàm verè de eo foret iudicatum, oratio indicio fuit⁵, quæ post mortem in domo ejus reperta est, in quâ suadet Lacedæmoniiis, ut, regiâ potestate dissolutâ, ex omnibus dux legatur ad bellum gerendum; sed ita scripta, ut deorum videretur congruere sententiæ, quam ille se habiturum, pecuniâ fidens, non dubitabat⁶. Hanc ei scripsisse Cleon⁷ Halicarnasseus dicitur.

⁴ *Delphos corrumpere*. Ganar con dinero á los sacerdotes de Delfos.

² *Dodonam*. Ciudad de Épiro, donde habia un templo de Júpiter.

³ *Ammoni*. Oráculo de Júpiter en el Africa.

⁴ *Orchomeniis*. Ciudad de que entonces eran dueños los Tebanos.

⁵ *Oratio indicio fuit*. Sirvió de prueba una oracion.

⁶ *Ut deorum videretur congruere sententiæ, quam ille se habiturum, pecuniâ fidens, non dubitabat*. Que pareciese conforme á los oráculos de los dioses, que fiado en su mucho dinero no dudaba lograr.

⁷ *Cleon*. Sofista de Alicarnaso en Caria.

CAPÍTULO IV.

Lisandro, engañado por Farnabazo, se acusa á sí mismo entregando á los éforos un escrito sustituido en lugar de otro que habia pedido para acreditar su buen proceder.

Atque hoc loco non est præteréundum factum Pharnabazi¹, satrapis regii². Nam quum Lysander, præfectus classis, in bello multa crudeliter avarèque fecisset, deque his rebus suspicaretur ad cives suos esse perlatum, petiit a Pharnabazo ut ad ephoros sibi testimonium daret, quantâ sanctitate³ bellum gessisset, sociosque tractasset, deque eâ re accuratè scriberet: magnam enim ejus auctoritatem in eâ re futuram. Huic ille liberaliter pollicetur: librum gravem multis verbis⁴ conscripsit, in quo summis eum effert laudibus. Quem quum legisset probassetque, dum obsignatur⁵, alterum pari magnitudine, tantâ similitudine ut discerni non posset, signatum subjecit⁶, in quo accuratissimè ejus avaritiam perfidiamque accusarat. Hinc Lysander domum quum rediisset, postquam de suis rebus gestis apud maximum magistratum⁷, quæ voluerat, dixerat, testi-

¹ Pharnabazi. Natural de Creta.

² Satrapis regii. Sátrapa ó general del rey de Persia.

³ Quantâ sanctitate. Con cuanta rectitud.

⁴ Librum gravem multis verbis. Una atestacion ó certificacion muy difusa.

⁵ Dum obsignatur. Al sellarla.

⁶ Signatum subjecit. Puso en su lugar otra ya sellada.

⁷ Maximum magistratum. El magistrado supremo.

monii loco librum a Pharnabazo datum tradidit. Hunc, summoto¹ Lysandro, quum ephori cognoscent, ipsi legendum dederunt. Ita ille imprudens² ipse suus fuit accusator.

VII.

ALCIBÍADES,

HIJO DE CLINIA, ATENIENSE.

CAPÍTULO I.

Origen y carácter de Alcibiades.

Alcibiades, Cliniaë filius, Atheniensis. In hoc natura, quid efficere possit, videtur experta³. Constat enim inter omnes qui de eo memoria prodiderunt, nihil illo fuisse excellentius⁴ vel in vitiis vel in virtutibus. Natus in amplissimâ civitate, summo genere, omnium ætatis suæ multò formosissimus, ad omnes res aptus, consiliique plenus. Namque imperator fuit summus et mari et terrâ; disertus, ut in primis dicendo valeret: quòd tanta erat commendatio oris atque orationis⁵, ut nemo ei dicendo posset resis-

¹ Summoto. Haciéndole salir, retirar.

² Imprudens. Sin saber lo que se hacia.

³ Videtur experta. Parece hizo prueba.

⁴ Excellentius. Mas extremado.

⁵ Commendatio oris atque orationis. La majestad de su semblante y su elocuencia.